

nostrae aetatis tam incredibiles concursus fiunt, tantoque ad plausu hebetes et rudes vulgaris et proletariae scientiae doctores cateruatim excipiuntur.

Quid porro? Auditores, quale illud esse dicam,  
quod in hac litterarum luce, et in tanta optimorum  
librorum abundantia, nihilo minus sunt, quibus viliora  
splendeant, meliora sordeant, qui, frugibus repertis,

C 3 glan-

„mica egerim, 'non est, 'quod  
„longa commemoratione, mul-  
„tisque verborum ambagibus Vo-  
„bis exponere instituam. Vestris  
„enim in oculis, et totius acade-  
„miae versatus sum, superbaque  
„meritorum, si qua sunt, quae  
„scio quam sint exigua, praedica-  
„tio ingenio moribusque quam  
„maxime aduersatur meis. Do-  
„cendo iuuentutis litterarum stu-  
„diosae rationibus pro virili con-  
„sulere conatus sum, plus for-  
„tasse, si turba saperet, vtilitatis  
„praestiturus. Paucis et intelli-  
„gentibus inseruire, satis fuit,  
„exemplo Ioach. Camerarii, cum  
„quo viro tamen me vlo modo  
„comparare, sine summa arrogan-

„stia, non possem, ad animum  
„mihi saepe reuocato. Scribendo  
„etiam apud doctos famam quae-  
„siui, eamque hoc in genere mihi  
„ipse legem scripsi, ad hunc vs-  
„que diem religiose seruatam, vt  
„non multa, sed multum proferre  
„adlaborarem, ratus, vti est, ni-  
„hil esse stultius, quam scribendo  
„famam perdere. In his angu-  
„stis igitur meorum de re acade-  
„mica meritorum finibus, nihil  
„amplius a Vobis in praesenti hu-  
„manissimis precibus petere au-  
„deo, nisi hoc, vt splendidissimis  
„aliorum celeberrimisque no-  
„minibus etiam meum, licet ob-  
„scurum, neque vlla claritate con-  
„spicuum, beniuole addere, res-  
„que